Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

De Expugnatione Constantinopolitane urbis. Anno 1453.

Constantinopolis Civitas / Orientis Imperii sedes et unicum grecie domicilium sapiencie / hoc anno qu-
arto kal' Iunias / a Mahumeto turcorum principe / p[ost] 54 dies obsessa / vi et armis expugnata / diripitur / et
fedatur / Anno regni Mahumeti tercio: Qui coactis undique copiis / mirabili apparatu / terra marique regiam urbe
aggressus / cuius descripcio in superioribus habita est. Ad tercium aut diem captato urbis situ / machinas innumeras
receptaculosasque ex virgultis viminibusque contextas / quibus pugnatores tegerentur / fossatis admovit / Erat aut murus
fortis / qui tamen machine cursu horribili cedebat / bombardisque ingens turres usque sancti romani portam collidit / cuius ru-
ina cum muralis / fossatum replet equatque: ut via hostibus pateret / Et ad turres terebris ad loca / cuius lapidibus
muros / desperaret / Memoratu etiam infidi christiani ex colle biremes intromittere curat / Est enim portus ille in longum
angustusque protractus / cuius orientalem plagam colligate naves / et cathena muniebant / unde hostibus aditus im-
possibilis erat / Quamobrem ut angustiaret et circumvallaretque magis urbem / iussit in via equare ex opposito colle suppo-
sito levitis ~~rasis~~ vasis lardatis vi ad stadia septuaginta terebri biremes / que ascensu iugum sublate per hec
co apice in declivum ad ripam levissime sinu introrsum vehebantur / unde portus longitudinis stadiorum circa xxx
ex ripa urbi opposita ~~mast~~ q vasis vinariis colligatis pons substructus confertusque lignis / quo exercitus decurreret
ad murum / dyametralisque cinctio ingressum latitudine prohibebat / Tandem dato signo undique non solum Constan-
tinopolis orientis columen / sed ipsa quoque petra / ne quid auxilii grecis prestaret oppugnari cepta est / Turci
cumque defensio remissior fieret turci animadvertentes arcem invadunt. In ingressu demum porte octingenti cir-
citer milites ex latinis grecisque periere / Et cum hostes superiora muri tenebant / saxa in cives devolvens / Tum
subito capta urbe / cessit omnibus in rapinam datum est / In hoc aut urbis populacione / Constantinus paleologus
et ipse matre helena genitus / orientis imperator / capite truncatus / regni simul et vite finem fecit / Varii
quoque etatis / ut a sex annis supra / omnis utriusque sexus persone necatae / Sacerdotes et innumeri monachi / diversis tor-
mentorum generibus necati sunt / Reliquum omne vulgus gladio datum / tantum sanguinis effusum / ut rivi currerent / per ur-
bem curreret / Sic nobilissima urbs per Constantinum primum condita / in manus infidelium venit / Ab eius conditione
M°c°xxx° vel circa: Quibus gestis omnia in predam dedit / Sancta templa fedavit / preterea turci varia nephanda peregerunt

Constantinopolis expugnatio a turcis.